



Disputatio inauguralis decadem quaestionum juris civilis ad statuarium jus Hamburgense collatarum continentem

<https://hdl.handle.net/1874/345789>

DISPUTATIO INAUGURALIS,
DECADEM QUÆSTIONUM

48.

Juris Civilis ad Statutarium Jus Hamburgense

COLLATARUM CONTINENTEM,

Q U A M,

FAVENTE DEO OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiæ Doctoris, & Linguae Sanctæ in Illustri
Academia Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatûs Academici consensu, & Nobilissima
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*


P R O L I C E N T I A

Summos in UTROQUE JURE Honores & Privilegia
ritè ac legitimè consequendi,

Eruditorum Examine submittit

HIERONYMUS MULLER, HAMBURGENSIS.

A. D. 26. FEBRUARII, horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clō lōc xciv.

43

Juris Civilis ad Statutum
Jus Hamburgense

COLLEGIUM GOVERNANTIVM
O. C. M. A.
FAVENTE DEO OPT. MAX.

M. JOHANNES BRUNNEN

Philosophie Doctor, & Linguae Graecae in Illust.
Academiae Ulmenensis Professor Ordinarius

PROFESSOR
P. R. O. F. E. S. S. O. R.
S. M. A. G. I. S. T. R. A. T. O. R. I. U. M.



Трактатъ въ Римини.

Ex Offina P. A. K. O. S. T. I. N. I. S. H. A. M. B. U. R. G. I. C. A. E.
Typographi, ad R. K. K. A. S. S. E. N. S. I. S.

ANTELOGIUM.



Um thema aliquod juridicum mihi, ad honores Academicos summos adspiranti, pro more elaborandum esset, utilius se mihi obtulit nullum, quam quod loca quædam decantata & cardinalia ex statutis Patriæ paulò penitius delibata cum apicibus Juris Civilis conferrem. Nihil enim magis moribus seculi præsentis arridet, quam quod usu utilitateque quadam se commendat. Ast librorum suppellectile destitutus, temporis spatio exclusus ac veluti ad postam scribens excusationem B. L. mihi polliceor, dum præsens labor aliorum expectationi & industriæ forsan haud respondeat. Interim, antequam muros transcendimus, illum ex alto Altissimum votis non fictis imploramus, quò initium fiat decens & amabile DEO. Nov. 6. in præf. cunctaque ad sui gloriam, Patriæ emolumentum, juxtimque mei salutem vergant. Faxit!



In nomine Domini nostri
JESU CHRISTI

*Ad omnia Consilia omnesque actus
semper progredimur. l. 2. C. d.
off. P. P. Afr.*

QUÆSTIO I.



N cognatis & agnatis præferantur mater & avia in tutela? Resp. Neg. jure Pandectarum, quo tutela est virile munus, & ultra sexum fœmininum non extenditur. *l. 1. Cod. qn. mul. tut. off. l. 2. ff. d. R. 7. Aff. Jure novissimo. Auth. Matri & Avie. C. qn. mul. tut. off. fung. Nov. 118. c. 5.* Hinc dicitur tutela legitima extraordinaria, irregularis, & anomala. *Lauterb. Comp. ff. tit. d. legit. tut.* Ratio verò est favor & pietas matris, aviæque erga liberos, ac nepotes præsumta. *Math. Wesenb. tit. d. tut. n. 5. Richter. P. 1. Decis. 18. n. 3.* Ampliatur, licet matres sint creditrices vel debitrices liberorum, *Auth. ad hæc C. h. t.* imo licet non succedant liberis ex statuto, quia hanc tute-

tutelam ob affectionem dat lex, non ob successionem. *Brunnem ad Paratir. Weß. tit. d. tut. Qu. 12. & 13.* Hinc à tutela feudali non excluduntur. *Dn. Stryk. Exam. Jur. Feud. cap. 7. Qu. 16.* Declaratur tamen (1.) modo majorennis sit mater. *Carpz. P. 2. decis. 122. n. 1.* (2.) si velint effectrices. Tutela enim hæc non est imperativa, sed permissiva. *Carpz. lib. 5. Resp. 80. n. 7.* (3.) si in judicio renunciarent (à futuris nuptiis, & (ß SCto Vellejano. *dd. text. & Nov. 94. c. 2.* quod ultimum tamen demum exigi solet, cum matres pro pupillis actu inter cedere debent. *D. Huber. in. lect. Contr. ad Inst. tit. d. legit. parent. tut. n. 5.* Ratio verò hujus renunciationis est, ne intercessio seu fidejussio pro pupillis fiat elusoria. *d. Nov. 94. c. 1.* Ratio prioris est præsumptio probabilis mutati affectus, cum matres denuo nubentes non solum bona filiorum, sed etiam vitam ipsam addicant novis maritis. *l. 22. C. d. admin. st. tut.* Hinc mater & avia, post susceptam tutelam ad sponsalia transeuntes, illico repelluntur à tutela, non obstante liberorum protestatione. *Philipp. Us. Pract. Inst. lib. 1. Ect. 82. n. 7.* JURE HAMBURGENSE, patre mortuo, Mater superstes vel ipsa suscipere vult tutelam liberorum impuberum, vel non: si nolit, intra tres menses tutores liberis à magistratu petet, sub pœna privationis succedendi. *7. H. P. 3. tit. 6. art. 10.* si velit, præfertur omnibus consanguineis. *7. H. 3. 6. 5. pr.* Ut tamen præter officia tutorum communia, qualia sunt impetratio Confirmationis, & inscriptionis in librum publicum; item præstatio juramenti de fide administrationis futuræ, & conficiendo inventario, *7. H. 3. 6. 13.* teneatur insuper sub speciali hypotheca bonorum suorum, (qua reliqui tutores opus non habent, utpote a quibus post juramentum regulariter nulla alia satisfactio requiritur. *d. Art. 13.* Secus ac de jure civili, *101. tit. d. satisfact.*) Primo renunciare secundis nuptiis, SCto Vellejano, & aliis beneficiis mulieribus. Dein quatuor impuberum consanguineos, & quidem duos à parte paterna, duos à materna in Contutelam adsumere, (quamvis usu unus à qualibet parte sufficiat) quo-

rum adhibitio consilio & operâ tutelam administrare, & annuatim, aut quotiescunque id desideratur, unâ cum Adjunctis rationes gestorum reddere tenentur. *d. Art. 5.* Finitur autem hæc tutela, præter alias causas ordinarias, præcipue etiam secundis nuptiis Matris tutricis, ante quarum consummationem, tutelam in manus contutorum finitis rationibus resignare, & residuum restituere debet, sub pœna privationis à successione, si antea nuptias secundas contrahat. *d. tit. 6. Art. 5.* ubi etiam providentiæ tutorum injungitur ne prius matri consummare nuptias permittant, quam omnia præstanda præstiterit. Eadem ratio Avix tutricis est. *§. H. 3. 6. 6.*

I I.

An pubertate finiatur tutela? Resp. Aff. si sc. masculi 14. foeminae 12. annos compleverint. *pr. I. quib. mod. tut. fin.* Et sic ipso jure. *arg. l. 27. C. d. testam.* Ratio substituitur, quia post pubertatem sibi ipsis quadantenus consulere seque regere possunt; imo & matrimonium contrahere. *pr. I. d. nupt.* Et quamvis hodie fere post pubertatem eadem personæ etiam manere soleant Curatores usque ad adultam ætatem, *Struv. Ipr. Forens. lib. 1. tit. 24. §. 2.* inviti tamen ad subeundum hoc onus compelli nequeunt. *Carpz. 2. C. 11. def. 10.* Nec obstat, quod *Coler. P. 1. dec. 6. n. 16.* ad generalem consuetudinem Germaniæ provocet. Resp. enim cum *Gailio 2. Obs. 96. n. 1.* aliud esse, si tutor sua sponte continuaverit administrationem, tunc enim propter tacitum consensum, a cura se amplius liberare nequit. *D. Menck. Contr. Jur. Civ. Lauterb. disp. 11. th. 8.* JURE HAMBURGENSE aliud dispositum, ubi tutores etiam inviti tenentur remanere Curatores, sicque ipso quasi jure tutela in Curam transfunditur. *§. H. 3. 6. 21.* in quo Articulo ratione curæ illa inter masculos & foeminas statuitur differentia: Cura masculorum finitur majorennitate, quæ existit 18. anno ætatis expleto, (in quo etiam jus nostrum

strum à Civili differt,) fœminarum autem cura etiam ultra annos majorennitatis durat, usque ad nuptias, ex quo tempore Maritus existit uxoris curator legitimus, quod etiam obtinet si adhuc minores viro nubant. Atque ita mulier nunquam extra curam est, ut etiam viduæ, si quid cum effectu contrahere velint, (cum distinctione tamen inter contractus mere lucrativos & onerosos, quæ etiam in minoribus masculis obtinet,) curatorem ibi postulare necesse habeant. A quo onere non nisi mulier mercatrix speciali privilegio jure nostro exempta est. *7. H. 2. §. 1. n. 3. 6. 9.* Quær. An E. omnia ista negotia, quæ mulier absque consensu Curatoris sui gerit, ipso jure nulla sint? de actibus judicialibus tam voluntariæ, quam contentiosæ jurisdictionis, id diserte affirmat Jus Hamb. 1. 9. 1. Quoad actus ultimæ voluntatis facultas disponendi in Testamento ipsi simpliciter adimitur. *7. H. 3. 1. 13.* non adjuncta expressa nullitate, sed ex contextu intelligenda ob adjecta de impuberibus *ibid.* quin & uxor per maritum tanquam Curatorem suum legitimum testamento quidem disponere potest in favorem tertii, sed si quid in favorem mariti disponere velit (quod etiam obtinet, si cum marito contractum ineat) alio ad hæc specialiter opus habet curatore. *7. H. 3. 6. 9.* Ratione contractuum quoque mulier (quæ non est mercatrix) nihil dicitur constanter seu cum effectu contrahere posse, nisi quæ minoris momenti sunt, & ad curam rei familiaris pertinent. *7. H. 2. 8. 1.* Quibus casibus etiam citra curatorum consensum mulieres contrahentes obligentur vide late ap. *Mev. 7. Lub. 1. 10. 1. & Chassan. ad Consuetud. Burg. pag. 481. seqq.* ut adeo Cura mulierum non nisi morte hoc jure finire possit.

I I I.

An Patri competat usufructus in bonis adventitiis?
 Resp. distinguendo inter peculium adventitium regulare seu ordinarium vel plenum, & irregulare seu extraordinarium

rium, vel minus plenum. Aff. de priori, idque etiam si liberi non vivant de pane patris, sed aliunde alantur. *Cpz. 2. C. 10. d. 7.* imo etiam si filia patri præstent operas ancillares. *Cpz. d. C. d. 8.* Attamen ususfructus non amplius quàm ad dies vitæ patris durat, sed in Saxon. usque dum liberi separatam instituerint œconomiam. *Cpz. d. def. 7. n. 5.* per illam quippe patria potestas solvitur, cujus intuitu usumfructum habebat, qui nunc, ut effectus, ob sublatam causam cessat. *add. Lauterb. Comp. tit. d. pecul. lit. E.*
JURE HAMBURG. singulare hoc in Patre binubo est, quod bona adventitia, v. g. hereditates avorum, aviarumque, aut aliorum cognatorum, pleno jure in liberos devolvantur. *J. H. 3. 3. 4. jung. Dn. L. Peters. disp. inaug. d. Alienat. bonor. heredit. c. 2. §. 15. p. 32. sq. Lugduni Batav. ann. 1693. habet.* Scilicet hic unus est effectus divisionis, ad quam pater in secundis nuptiis tenetur, & obtinet sive liberi in totum à paternis & maternis segregati sint, sive solum pro parte materna divisi, quia hic Articulus quartus post verba: *Jedoch das der Vater auff einen oder andern Fall &c.* de utroque casu in sequentibus disponit. Hac occasione juvaret disquirere, ad quod peculium referendum sit pecunia lustrica? Nos sententiæ Dn. Strykii, viri famâ immortalis, calculum adjicere non hæsitamus, peculio adventitio munera patrinorum tribuentes. *in Supplement. ad Brunn. J. Eccles. Lb. 2. c. 6. m. 2. §. 13.* In recensendis dissentientium Dd. opinionibus longiorem telam texere nolumus, pagellæ lucrandæ causa, B. L. remisissè sufficiat ad D. Thomas. *in Strauch. diss. Justin. 22. §. 6. D. Menck. Contr. Jur. d. 6. th. 1.*

I V.

An solutio facienda in eadem qualitate, si intrinseca, vel extrinseca qualitas monetæ fuerit mutata? Resp. Serra hic inter Dd. trahitur: Sed pro discussione nodi hujus
 Gor.

DISPUTATIO INAUGURALIS.

Gordii, duo notanda veniunt Axiomata: Quoties mutata bonitas monetæ intrinseca, toties tempus contractus inspiciendum. Quoties verò bonitas extrinseca mutata, toties tempus solutionis inspiciendum. *Dn. Stryk, in Colleg. MSC. Axiomatico ad Struv. Ipr. lib. 3. tit. 4. §. 10.* Ratio utriusque est, quia in mutuo tantum restituendum, quantum in obligationem deductum, *pr. 7. quib. mod. re contr. obl. l. 3. ff. d. R. C.* Atqui tantundem vel simile non restitueretur, si non eadem bonitas restituatur. Aucta igitur vel diminuta æstimatione pecuniæ, augetur vel diminuitur etiam, aut certe augeri vel diminui debebat æstimatio mercium; quia eodem valore, quo debitor accepit, procul dubio eas vicissim exposuit. Ergo nullum damnum pati videretur. *Brunn. Ex. Inst. 17. th. 15. pr. n. 20. 21. Franzk, Ex. Inst. 9. Qu. 2. §. 3. Hahn. ad Wesf. tit. d. R. C. n. 12. Ex. gr. qui mutuo accepit 100. th. tunc, cum thalerus adeo depretiatus erat, ut 8. tantum grossos contineret, ille hodie non tenebitur nisi pro tribus ejusmodi thaleris unum saltem restituere. Par ratio, si è contrario, thalerus mutuo datus tunc temporis valuerit 30. gr. hodie vero 24. gr. sufficit, si hunc valorem restituerit debitor. Limitantur tamen prædicta (1.) si pecuniæ mutuatæ certa æstimatio adjecta, in qua fieri debet restitutio, sic enim, non attenda mutatione monetæ, præcise secundum illam æstimationem solutio facienda. *arg. l. 10. §. 4. ff. l. 10. C. d. jur. dot. Struv. Ex. ff. 18. th. 34.* Modo taxationis, non demonstrationis gratia æstimatio fuerit adjecta. *Carpz. 2. C. 29. d. 7. (2.)* si expresse conventum, ut in eadem monetæ specie fieret restitutio, tunc enim pacta dant legem. *l. 7. §. 6. l. 48. ff. d. pact. l. 23. d. R. 7. Struv. Ipr. lib. 3. tit. 4. §. 10.* Aut si tales species haberi non possint, tantus valor restituendus, quo illi nummi, si haberi possent, in præsens expendi possent. *Stuck. Consil. 17. P. 1. n. 7. seqq.* Discrepantes Authores, gruum instar agmine factò, longa serie refert. *D. Menck, d. l. d. 17. th. 13. JURE HAMBURGENSEI.**

etiam mutata bonitate extrinseca, solutio secundum valorem, qui fuit tempore contractus, est facienda. *§. H. 2. 1. 9. add. Const. Sax. 28. P. 2. D. Thomas. ad Strauch. d. 13. 10.*

V.

An, re mobili commodatâ alienatâ (per venditionem, donationem vel oppignorationem) domino commodanti competat vindicatio contra tertium possessorem vel commodatarium? Resp. Jure Civili competit Rei Vindicatio contra quemvis detentorem, adeoque tertium possessorem. *l. 9. ff. d. R. V. l. fin. §. 1. C. d. furt.* Ratio, quia rei commodatæ dominium & possessio penes commodantem remanet. *l. 8. ff. commd.* JURE HAMB. Qui rem mobilem, quocumque modo bona voluntate ex sua possessione dimittit, atque adeo tertio cuidam vel commodat, vel pignori dat, illi, (si commodans aut pignori accipiens rem istam per venditionem, donationem, oppignorationem alienaverit, aut per furtum amiserit) adversus tertium possessorem nulla competit vindicatio, sed saltem adversus eum, cujus fidem secutus est rem ipsi tradendo, integra actio superest. *§. H. 2. 2. 8.* Non quod dominium in accipientem sit translatum. *Mev. §. Lub. P. 3. tit. 2. art. 1. n. 26.* Sed quod fidem quam quis in credendo secutus est, hanc etiam sequi debeat in repetendo, juxta tritum illud: *Hand muß Hand wahren.* Ratio in commerciorum utilitate & securitate consistit. *Mev. ib. art. 2. n. 5.* Pro limitatione tamen hoc tene, (1) quod hic agatur de re mobili, (2) quod ad excludendam vindicationem requiratur ut dominus bona voluntate rem tertio tradiderit, *auf seinem wehren lassen mit seinen willen.* Unde rem furto amissam dominus etiam à tertio bonæ fidei possessore vindicare poterit. *§. H. 4. art. 35.* Et extenditur hæc limitatio in speciali casu, si quis

quis opifici rem suam elaborandam aut reficiendam tradi-
derit, atque ille hanc alienaverit; quo casu domino con-
ceditur vindicatio contra quemvis possessorem, modo pre-
mium refectionis aut elaborationis exsolvat. *J. H. 2. 10. 18.*
(3) ut tertius possessor rem isto titulo acquisiverit. *J. H.*
d. art. 7. & uti Dd. addunt in bona fide fuerit, remque
alienam esse ignoraverit, secus si in mala fide fuerit, &
rem alterius esse sciverit, sic enim adhuc integra manet
Domino Vindicatio. *Coler. Dec. 7. n. 8. Gastel. Specul. Jur.*
Univ. cap. 25. n. III. Jure Provinciali Sax. eadem quidem
legitur dispositio *Lib. 2. art. 60. Zobel. P. 2. Diff. 32. n. 14.*
In Praxi tamen Jus Civile observari testatur *Carpz. 2. C.*
26. d. 5. n. 7. jung. Schulz. Syn. Inst. tit. quib. mod. rē contr. obl.
lit. B. Dn. de Euchs. Paraph. Inst. Tab. 10. lit. (I)

V I.

An beneficium divisionis obtineat, si singuli fidejussores
se in solidum obligarint? Resp. Aff. Ratio, quia jam ex
natura obligationis omnes in solidum obligati sint. *D. Hu-*
ber. in Lect. Contr. ad Inst. tit. d. fidej. Posit. 17. Expressio v.
eorum, quæ tacite insunt, nihil operantur. *L. 3. C. d. fi-*
dej. Carpz. 2. C. 17. d. 9. Brunn. in Wes. Parat. d. fidej. qu. 26.
Dissentiunt, magna Dd. Stipati caterva, *Schulz. Syn. Inst.*
tit. d. fidej. lit. c. Phil. us. Pr. Lib. 3. Ecl. 51. Quod benefi-
cium tamen cessat, (1) Si tempore, quo agit creditor,
reliqui non sint solvendo, *§. 4. I. de fidej. L. 26. §. 51. §.*
pen. ff. h. t. (2.) Si quis omiserit hanc exceptionem *d. §. 4.*
adeoque quasi tacite renunciat. *Lauterb. tit. ff. d. fidej. lit.*
d. (3) Si quis in specie beneficio renunciaverit, & quidem
expresse. *Struv. Ipr. lib. 3. tit. 9. §. 7.* Non enim sufficit,
si generaliter dixerit, se omnibus beneficiis fidejussoriis re-
nunciare. *Const. Elect. Sax. 2. P. 2. Gail. 2. Obs. 27. n. 21.*
quia renunciatio est stricti juris, quæ regulariter non præ-
su-

sumitur. *c. 5. X. d. renunc.* Nisi vel unius aut alterius beneficii mentio in specie facta, & postea generalis clausula subjecta. *L. 4. §. 4. ff. si quis caut. in jud. sist. Carpz. 2. C. 17. d. 1. 3. §. 99. Berlich. 2. Concl. Pract. 22. n. 48. §. 99. Franzk. d. Fidejuss. cap. 5. n. 315.* Contraria opinio residet *Bachovio ad Treutl. V. 2. d. 28. ib. 5. d. cujus affectas Jenenses refert D. Schilter. Ex. ff. 48. ib. 29.* Vel generalis renunciatio juramento sit confirmata, quia juramentum vim habet specialis renunciationis. *L. 77. §. 23. d. legat. 2. Add. Eckold. Comp. ff. h. t. §. 33.* *70RE HAMB.* si unus fidejussorum insolidum, aut pro aliis Confidejssoribus se obligaverit, *Da sich die Bürgen sambt und sonderlich, einer für alle, und alle für einen verpflichtet,* non amplius locus est beneficio divisionis. *I. H. 2. 6. 8.* Ratio, ne verba in Contractibus sint otiosa, sed aliquid operentur. *L. pen. §. 1. ff. ne quis eum in jus voc.*

VII.

An obtineat beneficium excussionis seu ordinis, si fidejussores se ut principales, *als selbst Schuldener,* obligaverint? Resp. Aff. quia hoc est, ad quod jam ex natura fidejussionis tenentur. *L. 5. 12. & 23. C. d. fidejuss.* Operantur enim hæc verba tantum id, quod velint fidejussores creditorem indemnum servare, neutiquam vero æquivalent renunciationi. *Fab. in Cod. h. t. def. 31. Carpz. 2. C. 8. d. 16. Brunn. in Wesf. Parat. h. t. qu. 32.* Limitatur tamen (1.) Si reus principalis non sit solvendo. *Zanger. d. Except. P. 2. c. 16. n. 15. Carpz. 2. R. 71. §. 9.* quo casu cautelam commendat *Gastel. d. l. c. 26. n. 112.* (2.) Si alibi degant, & difficulter conveniri possint. *Nov. 4. c. 1. Auth. Prasente. C. h. t.* frustra enim peteretur excussio. *Myns. 2. Obs. 15.* (3.) Si expresse huic beneficio renunciaverint fidejussores. *Struv. Ipr. d. l. §. 6.* Plures

res limitationes suggerit *Gastel. d. l. Richt. 2. Conf. 373. Schneidew. ad §. 4. Inst. b. t. JURE HAMBURG.* plane aliud dispositum. adeo, ut verba illa: *Als selbst schuldige Bürgen*, omnino obfint beneficio excussionis. *I. H. 2. 6. 7.* ne scilicet frustra videantur adjecta ejusmodi verba, contra *L. 80. ff. d. V. O. L. 109. pr. ff. d. legat. 1. vid. Böckelmann. diff. Jur. Civ. & Canon. cap. 37. n. 4.*

V I I I.

An non post biennium exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit? *Resp. Neg. per L. 8. & 14. §. 2. C. d. non num. pec.* Ratio, quia debitor intra tantum temporis spatium tacendo & chirographum haut repetendo, præsumitur pecuniam accepisse. *Schneidew. ad pr. 7. de liter. oblig. n. 10. 11.* Ampliat hoc, licet debitor paratus sit probare, se pecuniam non accepisse. *arg. d. L. 8. D. Berger. in Reso. Int. LL. obft. ad Lauerb. in d. R. C. qu. 3. p. m. 91.* Ex æquitate tamen in Praxi contraria sententia recepta, ob generalem doli exceptionem, quæ ob favorem defensionis perpetua est. *D. Bejer. ad Schnobel. disp. ff. 8. th. 5. D. Menck. Contr. d. 4. th. 16. Carpz. l. C. 32. d. 66. D. Schilt. Ex. 22. th. 31. Böckelm. d. l. c. 38. n. 1. sqq.* Ad evitanda tamen litium incommoda Cautelam tradunt, ut in mutuo dando, non soli debitoris chirographo aliquis confidat, sed insuper testes adfiscat, qui videant numerationem quo per testes probare valeat. *Schneid. d. l. Fallentias hujus exceptionis non nullas habet Gastel. d. l. c. 27. n. 23. JURE HAMB.* nihil à jure communi aliud dispositum, nisi quod ante biennium opposita hæc exceptio, in reconventionem rejiciatur, & debitor, recognito suo chirographo, debitum exolvere teneatur, onere vero probandi nihilominus in creditorem translato. *7. H. l. 24. Conf. Carpz. 2. R. 91. quid in Cambiis obtineat vide ap. Dn. Stryk. Tr. d. Cautel. Contract. Sect. 3. C. 5. §. 10.*

I X.

Quousque reconductio tacita videatur facta? Resp. Distinguitur inter prædia rustica & urbana. In rusticis ad annum usque præsumitur facta, quia breviori tempore utilitatem prædium tale non præbet, sed fructus rei integro anno expetendi sunt. *D. Bejer. ad Schnob. d. 11. th. 2.* In urbanis vero, quorum quolibet tempore uniformis est usus, pro eo tempore, quanto locator, finita conductione, passus est conductorem habitare. *l. 13. §. fin. ff. locat. cond.* ubi ista verba; *prout quisque habitaverit*, ita intelligenda, prout quisque habitare solitus fuerit. Unde, si alicubi moris, ut prædia Urbana ad semestra vel quadrantem anni locentur, etiam ad tantum usque tempus re conductione censebitur facta. Alias enim nihil dubii contineret. *d. L. 13. decisio.* Et si in scriptis certum tempus conductionis expressum, hoc quoque censetur in reconductione repetiturum. *Franzk. ad ff. h. t. n. 24. D. Menck. d. l. d. 8. th. 3.* Cur ergo non idem obtineret, si certum tempus per consuetudinem constitutum. Declaratur hoc, si sc. anni spatium ex toto prædio æqualiter fructus percipiantur. In Marchia alias & Saxonia communiter ad triennium relocatio demum ab omni agro fructus percipiuntur. *Brunn. in Wesf. Parat. tit. Locat. cond. qu. 13.* Si vero fructus per integrum anni spatium non percipiantur æquales, sed forsan præcipui nundinarum tempore, tunc in his quoque ad annum conductione renovata videtur. *Lauterb. Comp. h. t. lit. C.* Ex. gr. In conductione tabernæ, quo casu tunc ad annum censetur facta relocatio, si nundinæ semel tantum in anno fuerint, alias ad futuras nundinas usque conduxisse censetur. **JURE HAMB. 2. 9. 12.** cautum, ut, nisi locationi intra certum tempus ab eo, qui ab ea discessurus est, renunciatum sit. *Wenn es nicht ein halb oder viertel Jahr*

zu vor aufgekündigt, sed conductor ultra tempus præfinitum in re conducta, paciente locatore, permanferit, tunc ad annum usque tam in prædiis urbanis, quam rusticis renovata censetur conductio. *Conf. D. Huber. in Lect. Contr. ad Inst. h. t. n. 43.*

X.

Quomodo Actor in judicio cavere debeat? Resp. jure novo cavebatur (1) se intra duos menses à tempore porrecti libelli litem contestaturum. *Auth. Libellum. C. d. tit. Contest. Nov. 96. c. 1.* (2) se usque ad finem litem vel per se vel per procuratorem perducturum. (3) si convictus fuerit, litem injuste movisse, expensarum nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensæ, reo persoluturum esse. *Auth. Generaliter. C. d. Episc. & cler. Nov. 12. c. 2. Lanterb. Comp. tit. qui satisf. cog. lit. SS. Hodie ubi vis fere super expensis & reconventionem. L. R. Lib. 2. art. 4. & 9. Carpz. 1. C. 5. d. 1. Brunn. Proc. Civil. c. 8. n. 4. modo adversarius ante L. C. in prima instantia hoc petierit. Carpz. Proc. tit. 9. art. 5. n. 28. Mev. Dec. 137.* Si enim reus hoc neglexerit, & ad ulteriora processerit, judex ex officio ea exigere nequit, nec actor eam præstare tenetur. *l. 40. ff. d. procur. Coler. dec. 105. n. 10.* Quod tamen fallit, si refusus expensis actionem de novo instituit. *Gastel. d. l. c. 26. n. 50.* JURE HAMBURGENSE hęc cautio super reconventionem etiam necessaria. *J. H. 1. 25. 1.* quia hic uti alibi non gaudet reconventio effectu simultanei processus, sed tantum prorogatæ jurisdictionis, adeoque justus hac ratione metus subest, ne actor, finita conventionem, discedat, & reconventionem se subtrahat. *Carpz. Proc. tit. 6. art. 3. n. 11. add. Dn. Svendendorff. Jct. Lips. Process. Fihig. pag. m. 485.*

SCI.

SCIAGRAPHIA,

DE

*Sucessione Conjugum ab intestato secundum §. Hamburg. qua re-
vocatur ad IV. genera, quorum.*

- I. Si defunctus nec conjugem nec heredes legitimos relin-
quat, & secundum dispositionem juris com-
munis res succedit.
- II. Si solam conjugem, nullos vero heredes legitimos, nec
hoc casu Jus Civile statutis mutatum in-
venitur.
- III. Si & conjugem & heredes legitimos relinquat. Ubi
consideratur.

I. Successio S. devolutio hæreditatis ipsa, qn. sc. con-
jux superstes concurrat vel cum.

[Liberis, iisque

[Ejusdem matrimonii. Hinc Regula: Mor-
tuo conjugum alterutro de
volvitur ad superstitem & li-
beros in communiione §. H.
3. 3. l.

[Solis separatis, idem est ac si cum con-
fortibus liberis concurreret.
Mev. §. Lub. 2. 2. 2. n. 34. Ni-
si separatio in favorem super-
stitis facta sit.

[Confortibus simul, separati à succes-
sione exclusi sunt, quæ ad su-
perstitem & liberos confortes
devolvitur. §. H. d. 1. 3. 13.

[Confortibus solis, devolvitur hereditas
ad eos communiter omnes,
tum ad superstitem tum ad
liberos primi gradus & con-
currentes horum fratrum &
sororum liberos quoad stirpes
sc. d. art. 1. (Idem est si cum
liberis secundi gradus tantum
concurrat.)

Diversi

[Diversi matrimonii, si se. totaliter segregati non concurrunt cum liberis secundi matrimonii ad successionem parentis communis.

Cognatis, ubi fit detractio æris alieni à tota massa bonorum. *7. H. 3. 3. 8.*

2. Communio, quæ vel

{ Continuarur, idque vel

{ Jure, si superstes perduret in viduitate. *d. tit. 3. a. 3. & 5. Conf. Mev. 7.*

{ Facto.

Lub. 2. 28.

{ Finitur vel per

{ 1. Abusum, si superstes ad prodigalitem vergat. *d. l. Chassan. ad Consuet. Burg. p. 588. n. 1. Mev. d. art. 8. n. 85.* Solet tamen & curator aliqu. addi ut subsistat adhuc communio.

2. Infantiam secundarum nuptiarum.

{ a. Nisi aliter pactum. *Mev. 7. Lub. 2. 2. 2. n. 182. seqq.* ubi exemplum perplexæ negotiationis.

{ b. Nisi liberi non exigant divisionem, sed binubo parenti de facto permittant continuare communionem. *ib. n. 211.*

{ c. Nisi fiat adoptio per secundum conjugem, aut unio prolium, alios modos vide *ib. n. 213. seqq.*

3. Voluntariam divisionem.

4. Mortem.

3. Divitio S. separatio, cujus sunt duo modi vel.

{ Partialis, quo pro bonis defuncti parentis solum fit divisio. *7. H. 3. 3. 4. 5. seqq.*

{ Totalis, quo à paternis & maternis bonis liberis fit divisio, & hic omnia bona tam paterna quam materna in divisionem veniunt. *d. a. 4. 5.*

4. Privatio, ut conjux de successione participet vel

C

Minus

Minus,
Plus,
Nihil,

*Mev. 7. Lub: 2. 2. 12. n. 408. seqq. D. Stryk
d. Privat. succ. cap. 4. ex. gr.*

Si aliter pactum sit. *f. H. 3. 3. 8. in fin.* Pacta enim dotalia firma successionis norma sunt, nec testamento infirmari aut mutari ullo modo possunt. *f. H. 3. 3. 12.*

Si superstes adulterio torum conjugalem maculaverit. *f. H. d. iii. 3. 42.* Quod tamen sufficienter probandum. *Stryk. d. l. §. 4. ubi ita limitat.*

1. Nisi pars innocens injuriam remiserit. §. 6. quemadmodum & jura Hambuxori adulteræ ea obveniunt quæ maritus ita læsus tamen eilegaverat. *d. art. 11.*
2. Nisi ab utraque parte adulterium commissum. *Stryk. §. 7. vel*
3. Nisi maritus adulterio causam præbuerit. *16. §. 8.*

IV. Si defunctus nullum conjugem, sed solos heredes legitimos relinquat.

Hic termini sunt, quamvis non diffitear, hanc materiam accuratorem limam mereri, tamen ob temporis penuriam B. L. æque boni consulat, memor insuper illius, quod nemo possit naturam sic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium solum DEI, cui gratias agimus gratissimas pro viribus in elaborando concessis, verbis Grotianis concludentes; Si quid pietati, si quid bonis moribus, si quid ulli venritati dissentaneum à me dictum est, id nec dictum esto.

F I N I S.